

Annunte Altissimo;

D E C A S  
P O S I T I O N U M P H I L O S O P H I C A R U M  
Q U A M

Pro titulo & honoribus Magisterij ritè obtinendis

*Decernente venerandâ Facult. Philosophicâ in Regiâ Aboënsi Academiâ*

P R Æ S I D E

Nobilis. & Consultis: Viro ac Dno. Dn. MICHAËLE GyllenStåpe  
V V E X I O N I O, Facult. Philos. Seniore, & Decano, Juris U. Doctore, ejusdemq; & Philos. Practicæ profefs.  
Publico & ordinario, Promotore, Fautore & benefactore dexterrimo.

*Proponit,*

J O H A N N E S A R V. F R I S I U S F I N L A N D U S.

Ad diem 23. Aprilis horis locoq; ordinarijs Anno 1653.

E A M Q U E

*Admodum Reverendo & Excellentissimo Viro ac Dño,*

Dn. J O A N N I E L A I T E R S E R O S. S. Theol. Doctori, atq;

Professori in celeberrimâ Ubsaliensi Acad. Nec non in WaralaPastori vigilantissimo, benefactori fautori & Pro-  
motori infucato & singulari, in grati animi tesseram Inscribit ac dedicat.

I.  
Philosophia Theologiæ ancil-

la haud immeritò dicitur. *Si quis cum Apostolo an-  
cillam ejusdem esse objicit? Respond: Dum debita  
Domina & superioribus obsequia prestat; Non elimi-  
nandam, sed in suo precio retinendam esse. an vera*

Virtutes in Bruta non cadunt.

*Simulacra quaedam virtutum in Irrationalibus anima-  
tibus reperire licet; Virtutes ipsas non capiunt, quas  
intellectus ductum sequi omnino necesse est: Quo*

*anima destituitur. 6.*

*Domina & superioribus obsequia prestat; Non elimi-  
nandam, sed in suo precio remunerandam esse. an ocre  
adversari occinatur? Resp. apparentem esse oppo-  
sitionem non veram: Quod suos utraq; terminos ac  
limites habet. Ait a. Apost. cavendam Philosophiam,  
ne per eam decipiatur. Sed Sophisticam intelligit,  
non genuinam; Quae sui utilitate baud destituitur.*

**In Philosophia ratio quam au-  
thoritas magis attendenda:** *Quippe in illi scire,  
id est, re per causas cognoscere oportet; Sicut in divinis  
credere. Philosopho a. sciendum ut credat, non cre-  
dendum ut sciat.*

**Disciplinae instrumentales &  
Philosophiae & superioribus facultatibus inservi-  
unt.** *Quanta sui Grammaticae, Logicae & Rhetori-  
cae in omni scientia, in Choro & foris usus & utilitas,  
nemo tam ignarus ut nesciat; nemo tam invidus ut dis-  
ficiatur. Nec Naturalis tantum facultas dicendi ac ratio-  
cinandi sufficit; quin etiam artificiosa sepe requiritur.*

**Bruta proprie non loquuntur.**  
*Et si interdum, audiamus Psittacos aut alias aves vera  
ba quaedam & vocabula nonnulla articulate quodammo-  
do proferre; Non loquela tamen est; Quae ex ratione  
proficiscitur, & hominis proprium est: Sed a consuetudine  
quaedam & imitatio humani sermonis. In omnia Bicaeni  
exemplum est miraculosam.*

*intellectus ductum sequi omnino necesse est: Quo  
fructu destituitur.*

**Forti viro interdum fugere  
haud inhonestum erit,** *Ubi scilicet videt se stando,  
manendo & moriendo nihil proficere; meliori occasione se licite  
servare potest, imò debet.*

**Mors interdum prae vitâ eli-  
genda.** *Ita Paulus cupiebat dissolvi, Femina Ma-  
cbabes cum filijs maluit mori, quam Tyranni manda-  
tum, contra Divinum, exsequi.*

**Polygamia successiva non est  
illicita.** *Probant id exempla Sanctorum; Confr-  
mani rationes; Stabant scriptores aconomici & ipse Apostolus  
Paulus.*

**Ecclesiastica persona iudicis  
Secularis officio fungi nequit.** *Non tantum n. Aristot.  
4, Pol. c. 17, Sacerdotum officium à Civili Magistratu distinctū  
esse jubet. Sed etiam ipse Christus Regnum suum de hoc mun-  
do esse negat. Ideoq; & regium munus & hereditatem divi-  
dere respuit.*

**Politicus Magistratus bonâ cō-  
scientiâ geri potest,** *Sic contra Anabaptistas sta-  
tuimus; Rectâ ratione & verbo Dei confirmat.  
Deus omnipotens Clementissimum Magistratum nostrum, totamq;  
Patriam & Universos ac singulos in eâ frugi Cives, benigne  
protegat, regat ac tucatur! Amen.*